

omnibus rebusq. competere ipsa sacra Scriptura passim probat. Ipse enim Salvator à Judæorum prætulibus, de tributorum, vectigalium aliorumque suorum Reip. ratione interrogatus, *reddite, inquit, quæ Cesaris sunt Cesari & quæ Dei Deo.* Quem postea Paulus Apostolus secutus *Rom. 13.* de Magistratus auctoritate multa disserit, & hanc divinitus institutam probat, cui omnes obedire debeant. Inter officia autem subditorum *tributa* & quæ hujus sunt generis comprehendit. *Reddite igitur, inquit, omnibus quòd debetis, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem.* Debendi verbo utitur, & tributa ac vectigalia cum timore ac honore conjungit, quæ nos non ex dispensatione aliqua, sed divino jure magistratibus reddituris (quia reddunt inserviendò, dum pugnant pro patriâ & agunt judicia) debere nemo negaverit nisi quia communi sensu fuerit alienus. D. Lutherus in tract. *Wie weltliche Obrigkeit regieren soll. pag. 3. tom. 6.* Ideoque tributum debitum solvere qui recusat, nec in conscientia tutus existimatur *Molin. de Just. & Jur. tom. 3. disp. 674.* Cui dicto simile est Grotianum illud: *tributa ut solvamur honestum est atque etiam præceptum conscientiam obligans l. 1. de b. & p. c. 2. §. 7.*

XV.

Falluntur ergo hac opinione imbuti, tributa cum injuria ab imperantibus aut Rep. exigii: cum natura ipsa civitatis ac societatis hoc exigat, ut qui est socius societatis & civitatis, aliquid ad communem usum conferat.

XVI.

Hæc enim contributionum publicarum præstandarum obligatio tam necessaria & adeo vetusta est, ut simul cum Regnis & Rebuspubl. emeruisse ad hoc, ut tam pacis quam

quam